



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Commentaria Ac Disputationes In Primam Partem Divi Thomae

Cvm Variis Indicibvs

De Deo Effectore, Creaturarvm Omnivm Tractatvs II. De Opere Sex
Diervm, Ac Tertivs De Anima

Suárez, Francisco

Mogvntiæ, 1622

XXVI. Angustus, & tactus immutentur ab objectis realiter, necne.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-93575](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-93575)

reddat, quia intra nasum datur operculum in vi-
ad sensum, quod non nisi per respirationem ele-
uatur. Galenus supra hoc irridet operculum, cum
ex anatomia non deprehendatur: vnde causam
aliā asserit, non posse sentiri odores, nisi respi-
rando, quia nequeunt aliter penetrare usque ad
ventriculos cerebri: hæc verò ratio falsum sup-
ponit, estque insufficientis, quia si via ad olfactum
non esset occlusa, nulla esset ratio cur non pene-
trarent species odoris semel intra nasum posita
usque ad cerebrum, etiam respiratione cessante:
est ergo occlusa via: operculum autem non est pars
aliqua, sicut palpebra in oculo, sed via arctissima
in parte interiori nasi, quæ respiratione dilatatur:
compressio ergo illius dicitur operculum, vnde
eodem textu 100. Aristoteles ait, quod in respiran-
tibus amouetur operculum dilatatis venis, ac mea-
tibus, & ex hoc colligit Aristoteles animalia respi-
rantia non olfacere in aqua, quod de terrestribus
intelligendum est, nam quædam sunt aquatilia,
quæ respirant, vt rana, 4. de historia, cap. 7. & del-
phines capite demisso etiam sub aquis odorantur,
mouentur etiam ad eam de nocte, cum illam vi-
dere non possunt: tunc ergo olfactu ducuntur:
quando autem Arist. 2. de Anim. textu 98. videtur
homini olfactum propriè tribuere respirando, i-
dem de reliquis animalibus sentit, quæ similem
nasi compositionem habent, vt ita in textu cen-
tesimo exponit.

CAPVT XXVI.

Utrum obiecta gustus, & tactus immutent
potentias realiter, vel inten-
tionaliter.

DE his duobus sensibus, quoniam ipse se ma-
gnam vicinitatem habent, & vt de vtriusque et-
iam consulamus, simul dicendum est. De obiectis
autem eorum secundum naturam, dictum à nobis
est, obiectum quippe gustus est sapor, obiectum
verò tactus sunt qualitates primæ, aliæque non-
nullæ ex eis profucentes, de quibus in 2. de Genera-
tione egimus: solum ergo restat explicare modum
quo hæc obiecta immutant sensus: opinatur enim
aliqui immutare illos sola materiali alteratione,
quam sententiam defendit Valles. lib. 2. c. 29. Quia
probatur primo, nam dicti sensus, quoties sentiunt
materialiter alterantur, vt experientia constat:
hoc autem sufficit, vt obiectum sentiri dicatur: er-
go. Secundo si tactus sentiret per species inten-
tionales, etiam in organo tactus esset calor, vt qua-
tuor, posset nihilominus tactus percipere calidum
aliud, vt quatuor: consequens est falsum: ergo.
Patet sequela, quia realis calor, & species caloris
non repugnant esse simul: ergo licet habeat calo-
rem, vt quatuor realiter, recipere poterit species
alterius caloris, vt quatuor: ergo, &c. Tercio si per
species intentionales eiusmodi sensus ageretur, vti-
que in instanti ageretur: nam productio specierum
instantanea esse potest. Consequens est falsum,
cum ignis, verbi gratia, applicatur successiue, ma-
gis, ac magis sentitur: ergo, &c.

Difficultas huius questionis potissimè habet
locum in tactu, penderetque eius decisio ex alio pun-
cto, an quando manus, verbi gratia, sentit calo-
rem, illum sentiat, quem subiectat in hæsiu, an
eum, qui est in calefaciente: nam si calorem perci-
pit in hæsiu, ipse erit sufficiens ad causan-
dam sensationem sui absque specie alia: si verò
sentit in altero subiecto existentem, necessaria erit
species: hinc ergo incipiendo sit prima conclusio.
Gustus, & tactus non sentiunt qualitates suis or-
ganis inherentes, sed qualitates rerum eos alte-
rantium. Hæc conclusio, quoad gustum attinet,

est mihi certa: experientia quippe euidenter do-
cet, gustum non percipere saporem sibi inheren-
tem: sed rei sapidæ, ac distinctæ. Et ratio id de-
monstrat, sapor enim qualitas actiua non est, sicut
neque odor, solamque resultat ex mixture pri-
marum, vnde quando Aristoteles 2. de Anima,
textu 126. ait corpora insensibilia pati non nihil à
regustabili, materialiter intelligendum venit, id
est, non rem gustabilem, vt sic per saporem ali-
quid agere in rem insensibilem, sed per humorem
saporis coniunctum. Quod verò ad tactum atti-
net, aduertendum, illum per multa membra ex-
tendi, quæ inæqualiter affecta esse possunt à quali-
tatibus tangibilibus. Est ergo sensus conclusionis
quoad hanc tangendi facultatem, nullam partem
tactu præditam sentire calorem, vel alias qualita-
tes sibi inherentes: posse tamen sentire calorem
partis vicinæ, si sit excellentior. Quo certè modo
aliquando sentimus calorem ab intus: sem-
per ergo is qui sentitur calor, alterius rei est, vel
partis calefacientis, non is qui inheret parti
sentienti.

Probatur ergo conclusio sic declarata primo à
paritate rationis aliorum sensuum, nullus enim
eorum sentit sibi inherentes qualitates: ergo
neque tactus sentiet calorem inherentes sibi. Se-
cundo, quia iam tactus continuo sentiret, quia
semper aliqua qualitates primæ ei inhererent: con-
sequens verò est contra experientiam. Dicitur
fortè non sentire qualitates secundum gradus sibi
connaturales, sed secundum excessum. At hinc sal-
tem sequitur quoties calor, vel frigus inheret
in gradu præternaturali, continuam sensationem
in tactu dabit, quod repugnat experientia: nam si
quis manum igni applicet, sentit calorem, si re-
moueat, non sentit, & tamen aliquandiu durat
calor manus intensior, quam sit ipse naturalis.

Præterea arguitur contra euersionem. Nam si ca-
lor naturalis remittatur, & postea intendatur, &
que ad debitam intensionem naturalem, talis cale-
factio, sentietur: ergo calor in naturali intensio-
ne tactu percipitur, atque adeo, si calor inherens,
& connaturalis sentitur, semper planè sentietur.
Occurrunt alij tactum non sentire calorem in fa-
cto esse, sed in heri, hoc verò falsum est, nam quod
sentitur primo, & per se, qualitas sensibilis est,
hæc autem calor est ipse in facto esse: nam in heri
motus vocatur, atque inter sensibilia communia
ponitur. Tercio arguitur principaliter, nam ta-
ctus maiorem calorem percipit, quam sibi inha-
reat: ergo non percipit sibi inherentes, sed po-
tius rei calefacientis, si enim proprium sentiret, il-
lum certè, & non maiorem sentiret. Antecedens
verò ostenditur. Nam cum quis igni applicatur,
sentit illico, vehementer, ac molestem calorem:
& tamen totum nondum recepit: tum quia lon-
giori egeret mora: tum etiam quia si ab igne mo-
ueatur, protinus illam caloris vehementiam non
sentiet. Quarto arguitur, nam tactus sentit duri-
tiem, & mollietiem, & similes alias, euidentis vero
est non sentire eas sibi inherentes, sed inherentes
rei tactæ, vt durietiem lapidis: ergo idem modus
sentendi datur respectu qualitatū primarum,
nam vnus sensus vnus est sentendi modus. Et
confirmatur, quia calor igni inherens qualitas sen-
sibilis est: ergo potens immutare tactum sufficenti
modo, vt sentiat: ipse ergo est, qui verè sentitur.

Sed contra. Qui à sole calefit, calorem sentit,
non solis, quia nullus in illo est: ergo sibi inheren-
tem. Negatur tamen consequentia, ac dicendum
vnamquamque corporis partem sentire calorem
sibi proximum, omnes vero calorem tum corpo-
ris circumstantis, tum etiam sanguinis, qui inten-
ditur, effunditurque ad partes exteriores. Denique
sentiri etiam calorem exhalationum, quæ à sole

Probat
quoad
gustum.

Notatio pro
probatione
quoad tactum.

3. Probat
1.

Secund.

Enaso ex
cluditur.

Et impu-
gnatur.

Altera ena-
sio refutatur.

Tercio.

Quarto.

Confirmatur.

4. Obiectum
cuiusdam
pedis.

gen.

Opinio Val-
lesij & alio-
rum his sen-
sus agere
non potest
speciem rea-
lem.
Probat
1.
Secundo.

Tercio.

2.

1. Offensio
ac præter-
itio.

Non satis-
facit.

generantur. Verum hæc omnia minime satisfi-
cunt, fingit enim nos immediate à sole calefieri,
tunc planè ex vi actionis illius calorem sentire-
mus, non quidem hærentem nobis, tum propter
rationes pro conclusione adductas, tum quia ad
solem applicari maiorem sentimus calorem, quam
fit in corpore : nam à sole dimoti minorem senti-
mus : cum tamen totus perficitur, qui hærebat cor-
pori. Ad obiectionem igitur dico sentiri ipsammet
Solis virtutem calefactiuam, vt vicem caloris sub-
stituit, quod sic explico : nam virtus illa produciendo
calorem in nobis, producit etiam in tactu inten-
tionales species eiusdem rationis cum ijs, quas ip-
se calor ignis produceret : sic ergo à nobis Soli ex-
positi sentiuntur caler, quæ tamen ratione supra
ostendimus visum aliquando intueri sub ratione
coloris, id quod verè coloratum non est, habet ta-
men virtutem ad coloris species producendas.
Vnde sicut ea visione fallimur, si non corrigamur
intellectu, ita tactu illo labemur iudicando solem
calere, si non succurrat intellectus.

5.
2. *Affertio*
probatur I.

Ex his sequitur secunda conclusio. Sensus, tactus, & gustus immutantur à suis obiectis per species intentionales. Probatur primò : quoniam hi sensus qualitates extrinsecas sensibilibus cognoscunt : ergo recipiunt ab illis similitudines ad cognoscendum. Secundo arguitur speciatim de gustu, nam vt percipiat saporem, immutari ab illo debet, non immutatur autem materialiter à sapore ipso, vt ostensum est: ergo immutatur intentionaliter. Tertiò arguitur similiter de tactu, non enim percipit suum obiectum per alterationem realem, & physicam, vt hactenus est probatum: ergo per intentionalem. Dicitur foris hactenus tantum esse probatum à tactu non percipi calorem, verbi gratia, sibi inhaerentem, non tamen esse ostensum calorem inhaerentem non esse rationem sentiendi externum: sed hoc eisdem rationibus probatum manet, tum prius in qualitatibus alijs à primis, vt duritie, & mollitie, &c. quæ sibi similes non producant in tactu: talium ergo sensatio fiet per species, vel certè per earum modificationem: tum secundo, quia calor, qui sentitur, maior est, quàm qui inhaeret, vnde non potest ille per hunc senti. Denique vniuersalis ratio est, quòd eiusmodi qualitates reales nimis materiales sunt, vt per se ipsas possint actuari sensus, efficere quæ sensationes : ergo per species intentionales id praestant.

6.
Difficultas
subortae ex
d. 21.

Sed hinc difficultas suboritur. Nam si res ita habet, cur calor in haren organo tangendi non efficit in eo sui species, ac sentitur? Si quidem eas potest efficere in subiecto alio: huius argumenti solutio, & eorum, quæ initio posuimus, pendet declaratione modi, quo fit immutatio in his sensibus, præsertim in tactu. Est ergo notandum, qualitates primas, duas vendicare actiones circa organum tactus, aliam naturalem, productionem scilicet sui similis, aliam intentionalem, specierum videlicet: inter quas actiones hic naturalis ordo esse videtur, vt intentionalis supponat naturalem, neque hæc solitarie, non enim tactus calidorem percipit, nisi quando actu calefit, quod si- gnum est tunc solus tactus intentionaliter etiam immutari: idque docet experientia, rationem verò à priori non video aliam, quàm quod hic est naturalis modus, & ordo istarum qualitatum in agendo, fortasse ortus ex imperfectione tum ipsius tactus, qui purè intentionaliter immutari non valet, tum qualitatum tangibilium, quæ species intentionales non nisi per mixtas materiales actioni diffundere possunt: hæc igitur de causa calor sui speciem non efficit in subiecto, cui hæret, quia non potest illud materialiter alterare: hæc item de causa non potest, actus præcipere qualitates, nisi fe-

condum excessum, quia non potest a minori, vel
aquali alterari, & ex consequenti nec intentiona-
liter immutari. Hac denique de causa productio
eiusmodi specierum fit successiva, quia successiva
intenditur, verbi gratia, in organo calor. Non ta-
men ita procedit actio, vt nunquam plus repre-
senter species, quam alteraturum sit organum: op-
positum enim coningere ostendimus supra: op-
pedit ergo actio servata proportionem quadam iux-
ta multitudinem, & intentionem forme agentis,
nam species vtrumque representant, & acproinde
plus valent representare, quasi, pro organi ipsius
materiali alteratione. Est etiam successiva produ-
ctio earundem specierum secundum partes di-
uerfas, ad quas successiva diffunditur caliditas,
& per hac patet solutio ad argumenta initio po-
sita.

CAPVT XXVII.

*Quenam sine organa sensuum, gu-
stus, & tactus.*

DE actibus horum sensuum nihil dicendum superest, præter quæ in communi dicta sunt, & ideo ad organa, & potentias accedendum. Ac de gustu notandum, conuenire Philosophos, eius organum esse linguam. Ita Aristoteles 1. de historia, cap. 11. & 15. 2. de partibus, cap. 17. non tamen intelligere exteriorem partem lingue sensorium esse, sed neruum interiorem, ac mollem, dispersumque per interiores lingue partes, teste Galeno lib. 16. de usu partium, cap. 3 ipsa verò pars exterior, vtpote porosa, est insitæ medijs in hoc fenestre, vt docet Aristoteles lib. 2. de Anima, cap. 10. & 11. Sed de compositione lingue videndus Vesalius 2. de fabrica, cap. 19. & lib. 4. cap. 6.

De organo tactus maius est dubium, quidam
putant esse in corde, alias vero partes corporis ef-
fesse medium. Hanc tribuit Aristoteles Nyphus ci-
tato loco de Anima, & Simplicius textu 166. The-
mistius cap. 40. & insinuat Aristoteles de sensu,
capit. 2. de luenture, cap. 2. de somno, cap. 1. & 2.
de partibus, cap. 10. Hæc tamen sententia falsa est,
si velit sensum tactus in corde tantum residere,
calor enim in manu etiam, & non semper in cor-
de sentitur, nec est credibile Aristotelem id puta-
sse, sed ut plurimum vigere in corde sensum tan-
gendi. Alij dixerunt sensum tactus esse neruum
per totum corpus diffusum, qui fuisse carni, &
cuti. Ita Themistius cap. 39. Albertus tractat. 31. &
34. Aucouis textu 108. D. Thom. lection. 22. Xi-
gidius, & Thienensis textu 112. Aristoteles etiam
textu 116. & 2. lib. de partibus, cap. 2. scribit car-
nem esse medium tangendi: intus tamen esse ip-
sum sensum. D. Thom. autem opusculo 4.
c. 3. vult carnem non esse purè medium, sed quo-
dammodo organum, eo quod in illa fiat appren-
hensio rei tangibilis, in nervo autem integrari iu-
diciū: & ferè idem ait Aucenna 6. naturalium,
p. 2. cap. 3. Algazelus lib. 2. tract. 3. cap. 4. dum aiunt
organum hoc non esse solam carnem, aut solum
nervum, sed carnem nervosam. Aliiter tamen opi-
natur Galenus 1. de temperamentis, cap. 10. & de
placitis, cap. 2. statuens organum tactus in cute,
quod fit temperatur: carnem enim esse nimium
sanguinem, & calidam, nervum frigidum nimis
exanguem, cutem verò medio habere modo.
Aliorum denique opinio est omnes partes corpo-
ris esse sensum tactus, exceptis his, qui terro-
stres nimium sunt, ac dura, vt ossa, dentes, & vi-
gues, experientia namque constat, si nudum os
diuidatur, non sentiri dolorem, quæ enim in his
partibus sentiri creditur, in adiacentibus reuera
sentiri aiunt. Hanc videtur docuisse Aristoteles 1. de
historia,